Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale, Fragment - Cod. Karlsruhe 1436

[S.l.], [15. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33524

Visual Library

K 1436

Incipit missale et primo de tempore. Dominica prima in adventu domini.

Ad te levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei etenim universi qui te expectant non confundentur. *Ps.* Vias tuas domine demonstra michi et semitas tuas edoce. *Oratio.* Excita domine potentiam tuam et veni ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi te liberante salvari. Qui vivis cum deo. *De beata virgine.* Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti presta supplicibus tuis ut qui vere eam genitricem dei credimus eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eundem. *De omnibus sanctis.* Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica ut veniens filius tuus dominus noster Ihesus Christus cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui. *Ad Romanos.* Fratres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox precessit dies autem appropinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitiis non in contentionibus et emulatione. Sed induimini dominum nostrum Ihesum Christum. *Grad.* Universi qui te expectant non confundentur domine. V. Vias tuas domine notas fac michi et semitas tuas edoce me. *All.* V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. *Secundum Matheum.* In illo tempore. Cum appropinquasset Ihesus Iherosolimis et venisset Bethfage ad montem oliveti tunc misit duos discipulos suos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea solvite et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit dicite quia dominus his opus habet. Et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie Syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens

super asinam et pullum filium subiu
galis. Euntes autem discipuli fece
runt sicut precepit illis ihesus. Et
adduxerunt asinam et pullum. et
imposuerunt super eos vestimenta
sua et eum desuper sedere fecerunt.
Plurima autem turba straverunt
vestimenta sua. Alii autem cede
bant ramos de arboribus et
sternebant in via. Turbe autem
que precedebant et que sequebantur
clamabant dicentes. Osanna
filio david. benedictus qui venit.
Ad te domine le Off. Custodie dni.
vavi animam meam deus meus
in te confido non erubescam neque irride
ant me inimici mei etenim universi
qui te expectant non confundentur. Sec.
Hec sacra nos domine potenti vir
tute mundatos ad suum faciant
puriores venire principium.
Altari tuo supposita Alia.
munera spiritus sanctus assumat
qui beate marie viscera splendo
ribus sue virtutis replevit.
Precinge quesumus domine deus Alia.
noster lumbos mentis nostre
divina tua virtute potenter.
ut veniente filio tuo domino nostro
ihesu christo cum omnibus sanctis digni
inveniamur eterne vite convi
vio et gaudia celestium dignita
tum ab eo accipere mereamur. P.

Dominus dabit benignitatem Com.
et terra nostra dabit fructum suum
Suscipiamus domine Compl.
misericordiam tuam in medio templi
tui et reparationis nostre ventura
sollempnia congruis honori
bus precedamus. Per. Alia.
Gratiam tuam domine mentibus
nostris infunde. ut qui ange
lo nunciante christi filii tui in
carnationem cognovimus. per
passionem eius et crucem ad re
surrectionis gloriam perducamur.
Exultemus quesumus domine Alia.
deus noster omnes recto corde uni
tate fidei congregati: ut ve
niente salvatore nostro filio tuo cum
omnibus sanctis immaculati oc
curramus illi in eius sancto comita
tu. Per eundem. Feria iiii. Jacobi.
Karissimi. Pacientes estote apli.
usque ad adventum domini. Ecce
agricola expectat preciosum
fructum terre patienter ferens
donec accipiat temporaneum et
serotinum. Pacientes igitur estote
et vos et confirmate corda ve
stra. quoniam adventus domini appropin
quabit. Nolite ingemiscere
fratres in alterutrum ut non iudice
mini. Ecce iudex ante ianuam
assistit. Exemplum accipite
fratres laboris et pacientie prophetas

Isai 35 L 7. 92

Gloria libani data est ei: decor
carmeli et saron. Ipsi videbunt
gloriam domini et decorem dei nostri. Con
fortate manus dissolutas: et
genua debilia roborate. Dicite
pusillanimis. Confortamini et no
lite timere. Ecce deus noster ultionem
adducet retributionis. deus ipse
veniet et salvabit nos. Tunc
aperientur oculi cecorum: et aures
surdorum patebunt. Tunc saliet
sicut cervus claudus. et aperta
erit lingua mutorum. et scisse
sunt in deserto aque et torrentes
in solitudine. et que erat arida
in stagnum. et sitiens in fontes a
quarum. Dicit dominus omnipotens. Gr.

In sole posuit thabernaculum suum et
ipse tamquam sponsus procedens de tha
lamo suo. V. A summo celo egressio ei
et occursus eius usque ad summum eius.

Indignos nos famulos Collecta
tuos quos actionis proprie culpa
contristat: unigeniti filii tui ad
ventu letifica. Qui tecum. Lectio Ysaye

Hec dicit dominus. Super prophe-
in montem excelsum ascende tu
qui evangelizas Syon. exalta
in fortitudine vocem tuam qui evan
gelizas Ierusalem. Exalta noli time
re. Dic civitatibus Iuda. Ec
ce deus noster. Ecce dominus deus in fortitudine
veniet: et brachium eius domina

bitur. Ecce merces eius cum eo. et
illius coram illo. Sicut pastor
gregem suum pascet. in brachio suo con
gregabit agnos. et in sinu suo le
vabit eos dominus deus noster. Gr.

Domine deus virtutum converte nos et
ostende nobis faciem tuam et salvi eri
mus. V. Excita domine potentiam tuam et veni
ut salvos facias nos. Collecta

Presta quesumus omnipotens deus ut filii tui
venturi sollempnitas et [illegible]
prestet nobis vite remedia et
ferat et premia eterna concedat.
Per eundem. Lectio Ysaye prophete

Hec dicit dominus. Christo meo Cy
ro cuius apprehendi dexteram ut sub
iciam ante faciem eius gentes et
dorsa regum vertam et aperiam
coram eo ianuas. et porte non claude
tur. Ego ante te ibo. et gloriosos
terre humiliabo. Portas ereas
conteram. et vectes ferreos con
fringam. et dabo tibi thesauros ab
sconditos et archana secretorum
ut scias quia ego dominus qui voco
nomen tuum deus israhel. propter
servum meum iacob et israhel elec
tum meum. Et vocavi te nomine tuo. as
similavi te [illegible]
me. Ego dominus et non est amplius.
Extra me non est deus. Accinxi te
et non cognovisti me. ut sciant
hi qui ab ortu solis et qui ab

creavi eum? quod absque me non est
s· Ego dominus et non est alter· for
mans lucem· et creans tenebras
faciens pacem· et creans malum
Ego dominus faciens omnia hec· Ro
rate celi desuper et nubes pluant
iustum· aperiatur terra et germi
net salvatorem [illegible] iusticia oria
tur simul· Ego [illegible] creavi eum·
Excita domine potentiam [illegible] et ℟ Grad·
veni ut salvos facias nos· V· Qui
regis Israel intende qui deducis velud ovem
Joseph qui sedes super cherubin appare
coram effraim beniamin et manasse· Coll·
Preces populi tui quesumus domine clementer
exaudi· ut qui iuste pro peccatis
nostris affligimur· pietatis tue
visitatione consolemur· Per·
In diebus illis Lectio Danielis prophete·
Angelus domini descendit cum azar
ia et socijs eius in fornacem· et ex
cussit flammam ignis de fornace·
et fecit medium fornacis quasi
ventum roris flantem· Flamma
autem diffusa est super fornacem cu
bitis quadraginta novem· et in
cendit quos reperit iuxta fornacem
de caldeis ministros regis qui
eam incendebant· [illegible] autem non
tetigit omnino ignis· neque contri
stavit· nec quicquam molestie
intulit· Tunc hij tres quasi ex
uno ore laudabant et benedicebant

deum in fornace dicentes· Ympnus
trium puerorum·
Benedictus es domine
deus patrum nostrorum· Et lau
dabilis et gloriosus in secula· Et bene
dictum nomen glorie tue quod est sanctum· Et
laudabile et gloriosum in secula· Bene
dictus es in templo sancto glorie tue· Et
laudabilis· Benedictus es super
thronum sanctum regni tui· Et lauda·
Benedictus es super sceptrum divini
tatis tue· Et lau· Benedictus es qui
sedes super cherubin intuens abyssos
Et laud· Benedictus es qui ambu
las super pennas ventorum· Et laudab·
Benedicant te omnes angeli et sancti
tui· Laudabile et gloriosum in secula· Be
nedicant te celi terra mare et omnia
que in eis sunt· Laudabile· Gloria patri
et filio et spiritui sancto· Laudabili et
glorioso in secula· Sicut erat in principio
et nunc et semper et in secula seculorum
Amen· Et laud· Benedictus es domine
deus patrum nostrorum· Et laud· Dominus vobis
cum dicitur sine flectamus genua
Deus qui tribus pueris mi
tigasti flammas ignium·
concede propicius· ut nos famu
los tuos non exurat flamma
viciorum· Per· Ad thessalonicenses·
Fratres· Rogamus vos per ad
ventum domini nostri Jhesu Christi
et nostre congregationis in ipsum·
ut non cito moveamini a vestro